



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO PHILOSOPHICA
DE
CONTROVERSIA
VTRVM DENTVR ACTIONES
PER SE HONESTAE AC TURPES
LOGOMACHIIS ANNVMERANDA
QVAM
AMPLISSIMO
PHILOSOPHORVM ORDINE
CONSENTIENTE

D. V. MARTII A. R. S. CIOIDCCXXXIII.

IN

CELEBERRIMA
NORIBERGENSIVM MV SARVM SEDE
PVBLICAE ERVDITORVM DISQV ISSIONI
EXCVTIENDAM TRADENT

PR A E S E S

M. IO. CHRISTOPHORVS FRON-
MULLER
NORIBERGENSIS

ET

RESPONDENS
ERNESTVS GVILIELMVS TERBVRG
SILES.

ALTORFII

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.



A. Ω.

Ontrouersiam de actionibus humanis, an earum bonitas uel malitia moralis, honestas, turpitude, iustitia, iniustitia a lege diuina naturali demum dependeat, an uero cognosci queat, antequam leges diuinas naturales cognoscamus, adeoque an sint per se honestae, turpes, iustae, iniustae, et ideo, quia bonae uel malae sunt, lege diuina naturali praecipiantur uel prohibeantur, h. e. uti breuius nonnulli loquuntur, an moralitas sit intrinseca, quam etiam obiectiuam dicunt, an extrinseca a lege, quae etiam formalis et relatiua audit? superiori seculo inter PUFENDORFIVM et GROTIUM, Theologos et Philosophos quosdam nostrates e. g. IOS. SCHVVARZIVM, VELTHEMIUM, ZENTGRAVIUM, a) non sine uehementia agitatum, hoc autem seculo inter Viros celeberrimos B. BVDDEVM et VVOLFIVM repetitam esse, tam notum est, quam quod notissimum. In hac mihi id cumprimis uidetur memorabile et BVDDEVM et VVOLFIVM aliquid Logomachiae in hac dissensione agnoscere, illum quidem in Institutionibus Theol. Dogmat. Lib. III. c. II. §. 3. p. m. 754. hunc in der nöthigen Zugabe zu den Anmerkungen über Herrn D. Buddens Bedenken p. 100. ita tamen ut uterque alteri aliquid etiam, et bene multum errorum et dissensionum realium adscripserit. Altius haec pro argumenti dignitate meditati ferme in omni hac controuersia nonnisi Logomachiae occurrebant, de quibus Dissertatione hac, qua uitae Academicæ in incluta hac Musarum sede per quadriennium et quod excurrit actae, colophonem imponere mecum B. C. D. constitui, breuiter, et uti par est, modeste agam. DEVS T. O. M. hos aliosque conatus meos dirigat in Sanctissimi Nominis Sui gloriam, meamque felicitatem. §. I.

a) Quibus accessit B. HOCHSTETTERVS in Collegio Pufendoriano p. 33. 49. itemque B. IAEGERS impugnatus ab ETTEHVSIJO defensus a BITTIGIO.

§. I.

Pufendorfsanae Controversiae, imo et sententiae de moralitate actionum humanarum, origines quaerere oportet in GROTII praecipui Iurisprudentiae Naturalis restauratoris aureo Opere de Iure Belli ac Pacis. Hic uero Lib. I. cap. I. §. X. *Ius naturale definit dictatum rectae rationis, indicans actum alicui, ex eius convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem, ac consequenter ab auctore Deo talem actum aut uetari aut praecipere.* Cui definitioni statim subiungit: *Actus, de quibus extat tale dictatum, debitos esse aut illicitos per se, atque ideo a Deo necessario praecipitos aut uetitos intelligi, quia nota distat hoc ius non ab humano tantum iure, sed et a divino uoluntario, quod non ea praecipit aut uetat, quae per se ac suapte natura aut debita sunt aut illicita, sed uetando illicita, praecipiendo debita facit.* Conferri cum his debent Prolegomena, quorum §. II. asserit, et haec quidem, quae iam diximus (de proprio homini appetitu societatis e. g. communitatis tranquillae cum his, quae sunt sui generis §. VI. de societatis custodia, humano intellectui conueniente, quae fons est iuris naturalis §. VIII.) *locum aliquem habitura esse, etiamsi daremus, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari ab eo negotia humana, cuius contrarium cum constet, sequi, iam ipsi Deo, ut opifici, et cui nos nostraque omnia debeamus, sine exceptione parendum nobis esse, praecipue cum is se multis modis et optimum et potentissimum ostenderit.* Post cum de reuelatione aeterna praemia obedientibus Deo promittente dixisset, §. XII. ita pergit: *Et haec iam alia iuris origo est, praeter illam naturalem, ueniens scilicet ex libera Dei uoluntate, cui nos subiecti debere intellectus ipse noster nobis irrefragabiliter dicitur. Sed et illud ipsum de quo egimus, naturale ius, siue illud sociale, siue quod laxius ita dicitur, quantum ex principis hominis internis profluit, Deo tamen adscribitur merito*

merito potest, quia ut talia principia in nobis existerent, ipse voluit. Obseruari hic etiam merentur uerba Chrysspi a Grotio in notis ad haec uerba in consensum allegata: *Non potest inueniri principium aliud, aut origo iustitiae, quam ab loue et constanti natura. inde enim initium duci debet, ubi de boni maliue differendum est.* Ex his magni GROTIJ uerbis sequentes ipsius discimus sententias. Actiones quasdam, antequam cogitemus decreta Dei de faciendis iisdem uel omitendis, debitas uel illicitas cognosci ex conuenientia cum natura humana sociali uel disconuenientia cum eadem. Ipsam hanc conuenientiam uel disconuenientiam ipsi appellari obscuro et ambiguo uocabulo debitum uel illicitum *per se*, cui opposuit relationem ad leges uel decreta Dei; Deum non potuisse non lege naturali praecipere per se debita: prohibere per se illicita: Haec non pertinere ad uoluntatem Dei liberam, sed tamen ad uoluntatem Dei h. e. naturalem: etiamsi non esset Deus, nec esset Prouidentia diuina, aliquem tamen locum habitura esse per se debita uel illicita, non tamen plene: denique manifestum est Grotio sermonem non esse de officiis erga Deum et nosmet ipsos, sed tantum de officiis erga alios homines et quidem de iis tantum, quae ad externam iustitiam pertinent, id quod inprimis ex §. 8. Prolegomenorum patet.

§. II.

PVFENDORFIVS, qui ob insignia Iurisprudentiae Naturalis augmenta merito summis ornatur laudibus suam de hoc argumento sententiam primum in Elementis Iurisprudentiae Vniuersalis Lib. I. ad Defin. 2. §. 1. ita exponit: *Quando actioni alicui naturaliter moralitas inesse dicitur, non hoc ita est intelligendum, quasi moralitas ex principis physicis rei, aut ipsa natura actionis in se resultet, sed quod ea non ex arbitraria hominum impositione originem ducat, uerum ex dispositione ipsius Dei, qui hominum naturam ita formauit, ut certae actiones ipsi*

necessario congruerent uel non congruerent. At uero, ut hac et non alia ratione hominem formaret, in mero ipsius arbitrio situm fuit. Quodsi actionum, quae naturaliter honestae aut turpes audiunt, moralitas ex ipsarum natura in se oriretur, ac non ex arbitrio creatoris, ad quod tamen natura creaturae rationalis fuit attemperata, nulla posset ratio reddi, cur certi actus hominibus morales sint, qui brutis tales non sunt. Vberius mentem suam exposuit idem celeberrimus Auctor in Opere maiori de Iure Naturae et Gentium, quando Lib. I. Cap. 2. §. 6. negat, pro certitudine disciplina iuris naturae necessarium esse, cum nonnullis statuere, quaedam per se citra omnem impositionem esse honesta aut turpia, et haec facere obiectum iuris naturalis et perpetui, cum illa, quae ideo honesta uel turpia sunt, quia legislator uoluit sub legum positivarum censum ueniant. Ipse autem in contrarium statuit, cum honestas siue necessitas moralis et turpitudine sint affectiones actionum humanarum, ortae ex conuenientia aut disconuenientia a norma seu lege; lex uero sit iussum superioris, non adparere, quomodo honestas aut turpitudine intelligi possit ante legem et citra superioris impositionem; Allegato dein consentiente Seldeno existimat eos, qui extra impositionem diuinam, moralitatis actionum humanarum aeternam aliquam statuunt regulam, Deo adiungere principium aliquod coaeternum extrinsecum, quod ipse in assignandis rerum formis sequi necessum habuerit. Porro ex eo, quod Deus hominem liberrima uoluntate creauit, concludit in beneplacito eiusdem etiam fuisse, qualem ei, quem creaturus erat naturam uellet assignare, adeoque nullam actioni hominis competere posse affectionem, quae ex necessitate intrinseca et absoluta, extra Dei impositionem et beneplacitum promanet, sic ut reuera omnes motus et actiones hominis, remota omni lege tam diuina quam humana sint indifferentes, earum autem aliquae ideo tantum naturaliter honestae aut turpes dicantur, quod eas fieri uel omitti quam maxime requirat conditio naturae, quam creator homini

homini libere attribuit; non autem quod citra omnem legem, in ipso motu et applicatione potentiae physicae, per se insit aliqua moralitas. Aliud argumentum petit ex obligatione, sine qua bonum et malum esse nequeant et quae non nisi a Superiore proficisci possit. b) Post discrimen indicat inter bonitatem naturalem et moralem, de hac unice sermonem hic esse monens. Tandem contradicit Grotio de I. B. et P. Lib. I. cap. I. §. 10. contradictionem in actibus iuri naturae aduersantibus, ad quae ideo potentia diuina se non extendat, quaerenti, necessitatem tamen hypotheticam posita natura humana, concedens. Lib. II. cap. 3. §. 4. dicit, Grotianam iuris naturalis definitionem non posse non fieri obscuram et in circulum reuolui, quoniam in obscuro manet, quinam demum sint illi actus in se illiciti et quo indicio ab aliis actibus liquido internoscantur, quae item ratio sit proxima, quare iidem tales sint, cum nulli actus in se debiti sint aut illiciti antequam per leges tales fiant. Ad dubitationem, si omnis actuum humanorum moralitas a lege dependet, annon Deus potuerit legem naturae ita formare ut contraria forent praecepta illis, quae iam sunt e. g. occidendos esse alios homines, Deum blasphemiis colendum esse, respondet iterum concedendo necessitatem hypotheticam his uerbis: *Et si nulla necessitas Deum adegerit, ut omnino hominem crearet, tamen postquam ipsum destinasset creare animal rationale ac sociale, non poterat non lex naturalis ipsi congruere, non ex necessitate absoluta, sed hypothetica.* Atque sic expresse contradicit VASQVIO. c) Sub finem monet, quando Deum talia lege sancire non posse dicitur, id non plus ipsius omnipotentiae detrabere, quam quod mori, mentiri, efficere, ut, quae facta sunt, fiant infecta, nequit.

§. III.

- b) Profert eam in rem uerba I. A. Osiandri ex notis ad Grotium p. 60. quae uero cum in editione de An. 1671. qua utor, non reperiatur, imo potius contraria, ceu ipsius Pufendorfii uerba considerabo.
- c) Hic Illustr. Controuers. Lib. I. cap. 27. n. 9. putat, Deum omnino inuerrere potuisse leges naturales, ut necesse hominum aliorum essent licitae, Deum odio habere, bonum esset,

§. III.

Iam si comparabimus Pufendorium cum Grotio, primo intuitu ueram pugnam et plura sententiarum diuortia inter Duumuiros hos intercedere quisque existimabit. Etenim Pufendorfius ipse a Grotio se dissentire censuit eumque refutauit: Grotius ante legem naturalem, imo si Deus non esset, actiones quasdam humanas per se debitas uel illicitas statuit propter conuenientiam uel disconuenientiam cum natura humana sociali; Pufendorfius autem omnem moralitatem actionum humanarum, omnem earum bonitatem et malitiam moralem demum ex lege et impositione diuina deducendum, ante legem omnes actiones indifferentes esse asserit, dogma Grotii de actibus in se illicitis obscuritatis, imo circuli h. e. petitionis principii accusat: Grotius leges naturales ad uoluntatem Dei liberam pertinere negat, quin potius ita necessarias easdem facit, ut contradictionem inuoluisset alias dare adeoque id omnino fuisset impossibile; Pufendorfius contradictionem hanc expressis uerbis negat, atque sanctiones legis naturalis liberrimae uoluntati et beneplacito Supremi Numinis adscribit. Praeterea Pufendorfius Grotium aliosque ipsi consentientes grauissimis onerat consequentiis, scilicet adiungere ipsos Deo principium aliquod coaeternum extrinsecum, quod ipse in assignandis rerum formis sequi necessarium habuerit; si actus honestatem ac turpitudinem ex se et natura sua haberent, eandem etiam actibus brutorum inesse debere. d) Fatetur etiam Pufendorfius, Grotium et qui cum eo faciunt, sibi obicere uel obicere posse, sua sententia certitudinem Iurisprudentiae Naturalis atque discrimen legum naturalium a posituiis tolli,

§. IV.

His uero non obstantibus persuasissimus sum, omnem hanc diffensionem non nisi Logomachiam esse, id quod per singula

d) De quo posteriori argumento uid. HERTIUS ad Pufendorfi Opus mai. Lib. I. cap. 2. §. 6. not. b.

singula momenta probabo. Pufendorffio dissensum uisum
 fuisse realem mirum non est, cum in Logomachiis fere omni-
 bus fieri id soleat. e) Pufendorffius, quamuis negot ante le-
 gem actiones quasdam honestas debitas, illicitas esse, conce-
 dit tamen, ante legem actiones quasdam naturae humanae
congruere, quasdam *non congruere*, quam maxime *requi-*
reere conditionem naturae, quam creator homini libere at-
 tribuit, eas fieri aut omitti, cum Deus hominem destinasset
 creare animal rationale et sociale, non potuisse non legem
 naturalem ipsi congruere; ex quibus uerbis exactissimus cura
 Grotio consensus elucescit, ut sola restet dissensio uerbalis,
 an ante legem actiones sint dicendae honestae, debitae an
 congruentes? an illicitae, an non congruentes? Termini, *per*
se debitos uel illicitos esse quosdam actus, quo magis sunt
 obscuri, eo magis etiam sunt confusio ac ambiguitati obno-
 xii, eo etiam facilius *λογομαχία*: manifestum autem est, Grotio
 hos terminos nihil aliud significare quam Pufendorffii con-
 gruentiam et non congruentiam, uel necessitatem hypothe-
 ticam, quae in legibus posituiis non deprehenditur. Ita eti-
 am cadit circulus uel petitio principii, quam Grotio Pufen-
 dorffius obiicit, siquidem de congruentia idem dicendum es-
 set. Pufendorffius leges naturales ad liberrimam Dei uolun-
 tatem refert, hoc respectu, quod liberrimum Deo fuit homi-
 nem condere uel non condere, talem aut alium facere, po-
 sito autem decreto de creando homine, hypothetice necessa-
 rias expressis uerbis agnoscit leges naturales; ita ut contra-
 rium impossibile iudicet, et gloriam diuinae omnipotentiae,
 quae ita periclitari uideretur, uindictet, et quod maximum est,
 Vasquio contradicat. Voluntatem diuinam ita consideratam
 naturalem dicere atque a libera in sensu strictiori discernere
 solent Theologi atque Philosophi, quamuis ideo libertatem

B

1) Vgl. WERBNFELSII Diss. de Logomachiis Eruda. Cap. I. §. 7.

in sensu latiori acceptam a uoluntate naturali non excludant, multo minus loco huius necessitatem absolutam aut coactiuam Deo attribuant, id quod Pufendorfius uano metu suscipabatur, a Grotio aliisue factum esse. Conueniunt ergo in hoc etiam momento Grotius et Pufendorfius quoad rem, in uerbis autem differunt, quando Grotius uoluntatem Dei liberam in sensu stricto legibus naturalibus denegat, Pufendorfius autem libertatem in sensu latiori iisdem assignat. Quod attinet ad argumenta et consequentias, Pufendorfius sine causa metuit ne per Grotianam doctrinam principium aliquod coaeternum extrinsecum Deo adiiungatur, quod ipse sequi necessarium habuerit; cum Deo eiusque uoluntati Grotius adscribat principia illa, quibus non poterat non conformare leges naturales: neque etiam per Grotianam hypothesein brutorum actiones bonae uel malae moraliter censentur, siquidem de actionibus hominis, cuius natura rationalis et socialis est, uocatur; obligatio si per uinculum iuris explicetur, est terminus allegoricus, adeoque facillime ambiguus; si uero citra allegoriam explicetur per necessitatem hypotheticam, tunc hypothesis uel erunt praemia et poenae a Deo, etiam post hanc uitam, expectanda, quo sensu obligatio esse nequit sine cognitione Dei seu legislatoris, ipso fatente Grotio, uel hypothesis haec est, si conuenientes naturae nostrae, sapientes, perfectas actiones edere uelimus, quaedam esse facienda, quaedam omittenda, quo sensu Pufendorfius ob congruentiam, quam agnoscit, obligationem ante legem negare nequit. E. contrario per Pufendorfianas assertiones neque certitudo Jurisprudentiae Naturalis, neque discrimen legum diuinarum naturalium a posituiis tollitur; siquidem necessitas hypothetica Pufendorffii sufficit ad demonstrationes morales, atque a naturalibus legibus positivae satis discernuntur, quod illarum praeceptiones antequam leges cogitamus, congruant homini

neces-

necessario, adeoque ad uoluntatem Dei naturalem pertineant, et demonstrari possint, cum in legibus posituius antecedens illa congruentia necessaria non reperiatur, ideoque hae ad uoluntatem Dei liberam in sensu stricto referantur, et sine peculiari reuelatione cognosci nequeant.

§. X.

Ita composita lite inter Grotium et Pufendorffum, tento etiam aduersarios Pufendorffii conciliare, quod eo facilius processurum esse confido, quo certius est, illos Grotium maxime sequi. Primus inter hos aduersarios erat IO SWA SCHWARZIUS, Theologus Lundinensis, adeoque Pufendorffii Collega, f) qui in Indice Nouitatum sub titulo de Peccatis Actualibus g) notauit, *negare Pufendorffum, quaedam per se citra omnem impositionem honesta uel turpia esse, omnesque actiones hominis adeoque ipsum furtum, homicidia, et similia, natura sua actiones indifferentes esse.* Ex Apologia autem Pufendorffii huic Indici opposita h) p. 25. seqq. patet, praeter furtum et homicidium etiam *incestum, adulterium, blasphemiam* allegari in hoc Indice i) cõu actiones Pufendorffio indifferentes, accusari eundem, *omnia peccata statuere indifferentia, seu indifferentissimum uelle inducere*, denique eiusdem argui erroris, quem in HOBBSIO nuper refutauit GIBERTVS COCOVIVS in Hobbio, *ἀλεχουίμω* siue Vindiciis pro Legē, Imperio et Religione Ultraī. A. 1668. k) PUFENDORFFVS IN
B 2 Respon.

- f) u. Iac. Frid. LVDOVIGI Delinestio Historiae Iuris diuini naturalis, §. 48. et THOMASII Historia Iuris Nat. Cap. VI. §. 15.
- g) p. 61. in Pufendorffii Eride Scandica, ubi Index hic Nouitatum sine additionibus Nic. BECKMANNI exhibetur.
- h) quae primum locum habet in Eride Scandica.
- i) Sine dubio, uti Beckmannus cum suis notis eundem clanculum edidit Holmiae et Giesae A. 1673. teste THOMASIO in Hist. Iuris Nat. P. 94.
- k) ad manus sunt M. GIBERTI COCOVVI Vindiciae pro Legē et Imperio contra Fr. Hobbii de Clute Ultraī. A. 1661. in 12., quae post una cum Vindiciis pro Religione reuulsae sunt.

Responsione p. 26. seqq. Apologiae repetit eas, quae iam §. antecedente discussae sunt, consequentias, quasi, si daretur aliquid honestum et turpe in se antecederet ad Deum, uel admittendum esset fatum Stoicum, cui et ipse Deus sit allegatus, uel daretur aliquod principium Deo prius aut coaeternum, formas rerum quasi determinans et specificans, cui ne Deus quidem contrauenire debeat, aut possit. Repetit etiam necessitatem hypotheticam, qua concedit quaedam dicenda esse necessario honesta aut turpia homini, cum relatione ad naturam hominis, tanquam animalis rationalis ac socialis et consequenter cum relatione ad uoluntatem Dei, qui uti omnia, ita et hominem, et quidem tale animal, liberrima sua uoluntate creauit; quam etiam ipsissimam esse mentem Schvvarzii aliorumque Theologorum, nullum mihi esse potest dubium. Beckmannianam obiectionem Indifferentismi ¹⁾ locum haberet, si Pufendorfius leges diuinas, cum primis naturales; negasset, quas cum data opera adstruxerit et demonstrauerit, accusatio omni specie caret. Neque maiorem speciem habet accusatio Hobbesiani erroris, quem Cocquius refutauit. Hic enim hanc refutat Hobbesii thesim: *praecepta decalogi de parentibus honorandis, de homicidio, adulterio, furto et falso testimonio, simpliciter leges ciuiles esse, et eatenus tantum naturales, quatenus lex naturalis iubet obseruare pacta*; quam thesim a se ipso refutatam esse Lib. VII. cap. I. §. 5. ipse Pufendorfius benemonet. Ceterum tantum adest, ut Cocquius Pufendorfianum dogma refutet, ut potius BECANVM refutet statuentem, actus quosdam esse ex se et natura sua bonos, et cum Pufendorffio, imo et cum Hobbesio *in thesi* expressis uerbis p. 15. statuat, *omnem actionem natura sua esse adiaphoram, et quod actio aliqua iusta uel iniusta sit, a iure imperantis provenire, in hypo-*

¹⁾ quod uocabulum Pufendorfius l. c. p. 28. horridum appellat, foedice estuoniae conuenient.

pothesi, qua a Hobbesio recedit, ex imperio et uoluntate Dei fluere actionum bonitatem. Plura quidem idem Beckmannus contra Pufendorfium protulit argumenta *m*), uerum cum ea, quae momentum aliquod habent, a VELTHEMIO etiam proposita, atque hinc a Pufendorfio in Epistola ad Amicos suos per Germaniam *n*) breuiter tantum, remittendo lectores ad refutationem Velthemii, refutata sint, haec non morabor. Idem dicendum est de obiectionibus GESENI, qui sub nomine Christiani Vigilis Pufendorfium aggressus est. *o*)

§. VI.

Progrediendum ergo est ad VAL. VELTHEMIUM Philosophum, post Theologum Ienensem, qui prolixè admodum Pufendorfianum dogma consutauit, et receptam uti appellat, sententiam, defendit, cum Dissertationibus duabus Moralibus Ienae 1674. et 1675. editis de quaestione: Num dentur actus per se honesti ac turpes, quique adeo In sua natura sint debiti uel illiciti? tum etiam in Introductione ad Grotii Ius Belli ac Pacis, quae Ienae prodiit A. 1676. in Diss. I. quamuis uideatur statum controuersiae admodum accurate et distincte formare, explicatis terminis *Actus, honesti, turpis, per se honesti, per se turpis, naturae, debiti, illiciti, obligationis*, inserto tamen uocabulo *Culpa*, quod non definit, adeoque ambiguitati exposuit, iam ferme uidetur consentire magis Pufendorfio, quam dissentire ab eodem, quando hanc profert thesin uel antithesin: *Dantur actiones in genere naturae reales ac positivae ab agentis libero arbitrio, qua tali procedentes, quae ratione sui ac citra impositionem conueniunt rectae rationi us*

B 3

opor.

m) in uariis Scriptis, de quibus uid. LVDOVICI et THOMASIVS in Hist. Iuris Nat.

n) in Eride Scandinica p. 62. seqq.

o) uid. Pufendorfii Epist. ad SCHERZERVUM in Eride Scandinica p. 64. seqq. et LVDOV. ac THOMAS. II. cc.

oporteat aliquem eas committere positus omnibus ad agenda praerequisitis, si a culpa morali liber manere uelit, utque earum omissiones uoluntarias non possit non culpa moralis consequi. Si enim culpam intelliges eo sensu, quo malum culpae a malo poenae secerni solet, habebis legem adeoque impositionem diuinam, ipsissimumque dogma Pufendorffii moralitatem omnem esse a lege: ita uero thesis Velthemii laboraret contradictione, siquidem citra impositionem committere aliquid debere, omissionem autem eiusdem legi et impositioni diuinae contrariam esse, negationes et affirmationes sunt eiusdem de eodem. Aequitas ergo postulat aliter interpretari uocabulum culpae e. g. de uituperio disconuenientiae cum recta ratione, insipientiae, imperfectionis neque tamen reuera nunc dissentit Velthemius a Pufendorffio, per ea, quae §. IV. dicta sunt, omnisque pugna in eo consistit, quod Pufendorffius nondum honesta ac turpia dicat ante legem, quae sub hac obligatione facienda uel omittenda sunt, Velthemius autem ita nominanda existimet. Idem consensus magis elucescit e Syllogismis septem iisque conditionalibus p) quibus Velthemius autem Diff. I. Pufendorffium impugnat. Tres priores Syllogismos huic uni includere possumus; *Si nulli dantur actus per se honesti ac turpes, debiti uel illiciti, sequitur quod Deus potuerit leges naturae de officiis hominum ita formare, ut contraria forent praecepta illis, quae iam sunt e. g. ut inter officia hominis mutua esset, occidere, furari, moechari, calumniari, Deum contemnere, se ipsum perdere, se ipsum odisse, gustus elementa per omnia quaerere, omni libidini obsequi; inter uetita autem gratum animum exhibere, pacta seruare, mutuum reddere, Deum colere, se ipsum seruare, se ipsum amare, a gu-*

p) Thomaf. in Hist. Iur. Nat. cap. VI. §. 21. credit hypotheticis non categoricis usum esse, ut non sic euidenter transpareret statim legentibus parum cauti inepitudo consequentiarum.

la cauere et crapula, refrenare libidines etc. Verum, si modo conferantur cum his quae §. II. e Pufendorffio excerpti et §. IV. pro conciliando Grotio in medium protuli, illico apparebit, Velthepium non satis affectum esse mentem Pufendorffii, ipsiusque consequentias Vasquium quidem, minime autem Pufendorffium ferire. Etenim Pufendorffius Op. mai. Lib. II. c. 3. §. 4. obiectionibus eiusmodi satisfactorius dixerat, *postquam Deus hominem destinasset creare animal rationale ac sociale, non potuisse non legem naturalem ipsi congruere, addita hac ratione, si enim is ad contraria officia fuisset adscriptus, non sociale animal, sed alia feri et horridi species animalis fuisset producta.* Velthemius autem, non aduertens Pufendorffium uti argumento ab impossibili, existimabat possibile uisum fuisse aduersario suo, hominem esse sine humana natura, quem errorem operose refutauit et exagita-
uit Diff. I. §. 12. 13. 24. mihi licebit hanc controuersiolam dicere *λογωμαχίαν* incidentem (9). Eiusdem commatis est alia controversia de necessitate, quam Pufendorffius hypotheticam dicendam esse existimat Velthemius negat Diff. II. §. 31. seqq. sed minutiis his non immorabor. Quartum argumentum *sine actibus per se honestis nullum discrimen dari posse iuris naturalis a positivo*, rursus ostendit, inter hos aduersarios insignem esse consensum, siquidem discrimina plura ex sententia Pufendorffii §. IV. sub finem exhibuit. In quinto argumento: *Si Deus ex sua natura iustus est, sequitur, quod dentur actus per se honesti suaque natura debiti*, et in Vindictis eiusdem Autor negat, *Iustitiam et sanctitatem Dei accurate dici fundamentum iuris naturalis*, neque etiam affirmare audeat, *legem naturae in homine ita ad sanctitatem et iustitiam diuinam esse expressam, ut omnia debita naturalia hominis aduersus se inuicem ex modo, quo Deus se gerit erga homines, satis*
super-

9) Conf. Pufendorffii breuius Responso sub fin. Epistolae ad Scherzerum p. 71.
Erid. Sand.

superque innotescat, quas duas Propositiones Pufendorſius æque negavit, ut denuo hinc euaneſcat diſſenſus: Quæ uero ſub ſinem idem Autor habet de Iure Deo cum hominibus communi materialiter non formaliter concepto, luculenter docent vocabulum Iuris Velthemio plane aliud denotare quam Pufendorſio, ut nihil addam de obſcuritate terminorum horum, itemque Iuſtitiae et Sanctitatis diuinæ, qui omnino fuiſſent definiendi. Sextum atque ſeptimum argumentum a prioribus tribus uix uerbis differunt. Ideo etiam idem Philoſophus in Introduc-tione ad Grotium p. 202. duo tantum argumenta Philoſophica contra Pufendorſium in aciem producit, quorum prius arg. 1. 2. 3. 6. 7. Diſſertationis I. in Compendio exhibet, poſterius argumentum ꝑ. repetit, reliqua ex autoritate uel humana Ariſtotelis, Moralistarum, JCo-rum et denique diuina h. e. Scriptura S. petita ſunt, de quo autem, Theologico nimirum argumento, in Diſſertatione Philoſophica diſpicere non audebo. In Diſſertatione II. Velthemiana per quam placet refutatio obiectionis illius, qua Pufendorſius ſententiam Grotianam conſequentiis inuidioſis fati Stoici uel principii Deo coaeterni oneravit, ſiquidem iam ꝑ. IV. obſeruauimus ex mala intellecta ſententia Grotii iniuriam ipſi a Pufendorſio factam eſſe. Notatu etiam digna uidetur ꝑ. 13. diſtinctio Moralistarum, Thomae. Iohan. de Rada, Becani, inter moralitatem obiectiuam, quae ſit ipſa natura actus e. g. adulterii, quatenus ex ſe talis eſt, ut poſſit eſſe obiectum ſanae rationis rectique iudicii practici, et moralitatem formalem, quae ſit reſpectus ad naturam ſana ratione utentem, quem reſpectum actus intrinſeca ratione et ex ſua natura honeſtus uel turpis ſemper connotet: haec enim diſtinctionis explicatio inſeruire poſteſt euitandis et detegendis aliis Logomachiis, quae ſubreperere poſſunt, quando praefens noſtra Controverſa ſub his terminis proponitur, an Moralitas ſit obiectiua uel forma-

formalis? Ubi plerique formalem eam dicunt, quae relationem ad legem inuoluit, obiectiuam, quam Moralistae a Velthemio citati formalem dicunt. Tandem ex eadem Diff. repetam, Auctori ipsi suboluisse aliquid Logomachiae in hac controversia dum §. 20. scribit. *Interim adhuc admittimus lubentissime ceu §. 13. innuebatur, non peccare, qui quaerenti de honestate aut malitia huius istiusue actus respondet per convenientiam cum natura rationali, item ad quaestiones de certis quibusdam actibus respondet per convenientiam aut disconvenientiam cum lege socialitatis homini a creatore iniunctam, modo responsa sua non uenditet pro scientificis, h. e. talibus, quae solidam scientiam quaerentibus ex ass. satisfaciant.* Clarius sensum aliquem Logomachiae prodit in Introd. ad Grotium p. 221. sq. his verbis: *Sufficit te concessisse, quod adulterium, quatenus est uoluntaria pollutio alienae uxoris, sit necessario turpe. Idem profecto sentis, quod illi, quos refutas -- siue uelis, siue nolis, teneris subscribere, licet interim Iudas uerbis, terminosque aliter nunc sumas, ne tui admiratores tam facile animaduertant.* Ita etiam Pufendorfus in Specimine Controuersiarum, quo Velthemio inprimis respondet Cap. V. §. 7. r) Propositionem: *ea de quibus lex naturae disponit, per se et in sua natura esse honesta aut turpia, admittit 1.) si rō per se et sua natura opponatur impositioni humanae. 2.) si addatur mentio subjecti, cui ea in se et sua natura honesta dicantur; v. g. dantur actus, qui per se Deo non conueniunt. i. e. qui salua ipsius perfectione et citra contradictionem in eum cadere non possunt: item dantur actus in se et sua natura honesti aut turpes homini, quia natura hominis est ita comparata, ut ista non possint non eidem congruere uel non congruere.* Inde concludit: *Adeoque quicumque per hanc locutionem Deum legemque diuinam ab origine moralitatis non excludunt, quique*

C

rō per

r) Erid. Scand. p. 235.

to per se et sua natura ultra creationem non retrahunt, idque se antecedenter ad Deum eiusque uoluntatem et dispositionem habere negant, mihi nequaquam contradicunt, aut si et ipsi clamores in me tollunt, cum propria umbra stolide luctantur.

S. VII.

IO. IOACH. ZENTGRAVIUS apud Argentoratenses primum Philosophiae, deinde Theologiae Professor optime meritus in doctissimo libello de Origine, Veritate, & immutabili rectitudine Juris Naturalis, Argent. A. 1618. 8vo. edito, quamuis contra Pufendorium non una uice disputet, propius tamen eidem accedit, quam ante allegati aduersarii, horumque Logomachias nonnullas ipse detegit, uel iisdem detegendis occasionem praebet, aut detectas a nobis egregie confirmat, e. g. p. 283. sq. scribit: *Non fugit nos equidem, doctos tam ex Patrum choro, quam ex Scholae doctorum ordine uiros, de bono et malo morali in quoru ad legem loqui, sed nobis hos non aduersari credimus. Dupliciter nimirum de Bono et Malo disquiri potest, uel quid sit per se, a priori, uel quid sit per accidens, ratione sui scil. non ratione subiecti seu hominis, cui praecipitur aut prohibetur, et a posteriori: sub illa ratione non dicit respectum ad legem; hoc uero sensu ad legem ceu principium cognoscendi respectum dicere non repugnabimus, cuius posterioris sententiae Patronos citat Gregorium de Valentia et Ludouicum de Molina; praeterea approbat Zentgravius Pufendorffii necessitatem hypotheticam p. 357. hinc etiam suas non facit consequentias Velthemii aliorumque, quasi per dogmata Pufendorffiana Deus contraria legi naturali praecipere uel prohibere potuisset, aut discrimen legum naturalium et posituarum tolleretur: neque confundit Pufendorffii sententiam cum sententiis Vasquii, Retorfortis, Szydlouii aliorumque, v. p. 308. et Vindiciae eiusdem Zentgrauii. p. 3.*

Inte-

Interim tamen dissentire a se inuicem sibi ipsis uidentur Zentgravius II. c. c. et Pufendorfius in Spicilegio Controuersiarum, §) quia ille non tantum antecedenter ad uoluntatem diuinam sed etiam si non esset Deus, quasdam actiones essentiae humanae, (quam ab existentia distinctam aeternam immutabilem cum Scholasticis nonnullis facit) necessario congruere uel non congruere h. e. honestas uel turpes esse asserit p. 37. seqq. quae momenta singula negat Pufendorfius: Verum haec dissensio omnis resoluitur in Logomachiam Ontologicam uel Metaphysicam: Zentgravius essentiae uocabulum in tali sensu accipit, quo existentia excluditur, Pufendorffio de existentium essentia unice sermo est, quod inprimis ex Spic. cit. constat, adeoque illi ens est possibile, huic existens §). ille Essentias ad Intellectum diuinum refert, existentias ad Voluntatem: hic ambas ad Voluntatem Dei; ille si accuratius loqui uolumus, de ideis diuinis essentiarum loquitur, hic de rerum existentium essentiis; mirum ergo non est, illum congruentiam cum essentia humana antecedenter ad uoluntatem diuinam affirmare, hunc negare. Magis uero *negandum* est, quod Zentgravius in Origine I. N. p. 337. defendit Grotianum assertum, honestum et turpe, aequae ac ueritates illas tria et septem esse decem, triangulum tribus constare angulis, fore, etiamsi fingamus non dari Deum, quaerendum enim esset, ubinam sit essentia hominis aeterna, cuius congruentia honestas per me uocetur, sine intellectu diuino? et annon Zentgravius sibi hic ipse contradicat? Id tamen manifestum est, Zentgravium de essentia agere praecisa ab existentia, Pufendorffium de existentis essentia, adeoque illum de aliis loqui, hunc de cepis, Reliqua, quae ille huic opponit,

C 2

etiam

§) Erid. Scand. p. 277. seqq. §) quem significatum uocabuli Entis communiorum magisque receptum inter Philosophos nominat B. ROE-TENBECCIVS in Logica Q. 220.

etiam a Velthemio obiecta fuerant atque §. VI. conciliata, quamuis etiam Velthemius quaedam de essentiis tetigerit.

§. VIII.

Pergo nunc ad Ioh. Wolf. IAEGERVM, Tubingenfium Decus, qui, quamuis moralitatem intrinsecam acriter defenderit, fassus tamen est, Pufendorffium, saltem in cogitationibus posterioribus Eridi Scandicae insertis, ab hac sententia reuera non dissentire. Ita in Iure Dei Foederali, quo Pufendorffii Ius Feciale diuinum ad placidum examen uocatur, Tubingae edito An. 1698. in 8. p. 199. seqq. mentem suam declarat p. 201. his utens uerbis: *Quaeres, quid ergo censendum de illa Pufendorffii sententia, cum in Tr. de I. N. et G. statuit moralitatem suae bonitatem et malitiam in actionibus esse ex impositione Legislatoris.* Respondetur: *Hoc eo sensu admitti potest, quod Moralitas formalis, seu ut loquuntur relatiua, exinde dependeat, haec enim desumitur per ordinem ad legem, unde etiam Iohannes definit peccatum, quod sit aequi seu exorbitantia a lege, ut recte obseruat Pufendorff. in Eride Scandica p. 275. sed alia dicitur moralitas fundamentalis seu intrinseca, quae praescindit a lege sic ut etiamsi lex non esset, tamen actus aliquis, sicut eius obiectum, dicitur intrinsece bonus et malus, adeoque non per impositionem extrinsecam, sed ab intrinseco. Hoc ipsum agnoscit Dn. Pufendorffius, cum ait, mentiri u. g. repugnare perfectioni diuinae, p. 204. haec addit: *Qui agnoscit ueritatem satisfactionis Christi, et quod fuerit ad RIGOREM iustitiae commutatiuae, non potest non in nostram sententiam condescendere. Quare si Pufendorffius et alii eum non affecti sunt, ideo excusationem habere possunt u) quia ad intima ista Theologiae non peruenere.* Idem celeberrimus*

u) aff Pufendorffius, fatente laegeo, in antec. affectus est, E. excusatione non indiget.

berrimus laegerus in Obseruationibus ad Grotium p. 33. existimat Pufendorium (quem uero hic non satis bene intellexit) in Iure Nat. et Gentium sentire cum Szydlovio, *) qua de causa aliorum Reformatorum Theologorum uerba contra Szydlovii errorem repetit, ast p. 39. iterum asserit, Pufendorium mutasse sententiam et posteriores cogitationes proposuisse meliores prioribus. Sub fin. p. 42. haec habet uerba admodum Irenica: *Quia haec profunda non omnes capiunt et maxime ii, qui ignorantia Metaphysica laborant, non de nihilo censemus illud monitum OBRECHTI, Prof. quondam Argentoratensis et postmodum Praetoris Regii, qui in Collegio MS. suadet, ut ii, qui principia haec subtiliora non intelligunt, assumant sententiam Pufendorfii, quod voluntas diuina legislatiua inducat moralitatem boni et mali, liciti et prohibiti; id quod de formali etiam concedimus, modo Indifferentismus non introducatur.* Quod uero IAEGERVS Pufendorfium mutatae in melius sententiae arguit, id inprimis male habuit I. B. ERTENHVSIVM, qui in Epistola ad Ad. Rechenbergium Magdeb. A. 1698. in 8. edita Pufendorfii Ius Feziale diuinum aduersus laegerum uindicat, atque p. 16. seqq. de Moralitate prolixè agit, negando Pufendorfium retractasse, ubi loca inprimis ex Eride Scand. profert, quibus repetuntur ea ipsa uerba Iuris Nat. et Gent. quae male intellecta Logomachiis ansam dederant, cum potius ex explicationibus Pufendorfii in ipso Opere laudato reperiendis ostendendum fuisset (ut §. IV. fecit) cogitationes ipsius priores aequè ac posteriores reuera cum sententiis aduersariorum consensisse, atque respondendo ad obiectiones, quibus ille hunc aggressus uidebatur. IAEGERVS Ertenhusio opposuit Epist. Apologeticam Venerandae Facultati Theol. Lipsiensi inscriptam Tubingae A. 1699. quam

C 3

secuta

*) Qui aequè ac Vasquius a Pufendorfio expresse refutatus, statuit, Deum potuisse contraria legibus naturalibus praecipere. uid. Quenstedt in Syst. Theol. P. II. c. 2. de Peccato p. 91.

secuta est A. 1700. (Ettenhusii Epist. Antapologetica ad Mich. Foertschium. Occasionem dederunt hae Epistolae Eristicae Anshelmo BITTIGIO conscribendi Dissertationem Academicam lectu dignissimam de Natura et Origine Moralitatis et Iuris Connati, quae Augustae Vindel. A. 1702. in 8. prodit y). Totus in eo est Bittigius, ut ostendat Pufendorfium et Iae-gerum quoad rem omnino consentire, quod in primis p. 187. seqq. breui compendio neruose docet. Singula haec Scripta et Eristica et Irenica magis magisque me confirmant in mea sententia, omnem hanc controuersiam esse Logomachiam.

§. IX.

Iaegero paucis iungemus alium Tubingensem Theologum Excellentissimum D. ANDR. AD. HOCHSTETTERVM. Hic in Collegio Pufendorfiano p. 33. necessitatem moralitatis intrinsecæ inde probat, quod Iuris punitiui origo est, quod ne Deus quidem, nisi ex Iustitia necessaria et immutabili exercet; quod immutabilitas Legis naturalis inde pendet; quod fundamentum est finis pœnarum interni, qui est satisfactio iustitiæ, compensatorius scilicet et expiatorius; quod ea demum certitudo rerum moralium stabilitur, et Iesuitarum probabilissimus euertitur; quod sine ea Socinianis *ισοπρονον* Christi satisfactionem ex indifferente, ut aiunt, obiectorum natura inficiantibus obuam iri nequeat: pro quibus argumentis Iaegerum in Examine Iuris Feclialis Diuini Pufendorfiani consulere iubet. Quemadmodum uero haec argumenta Pufendorfium tum demum ferirent, si cum Vasquio et Scyd-louio sentiret, a quibus tamen alienissimum esse iam ostendimus: ita etiam ipse Vir acutissimus agnouit, *Viros doctos*, qui dissentire uidentur, *fateri, interiorem obiectorum quorundam naturam, non Legislatoris uoluntatem, bonitatem mali-*

(y) Breuiter recensita in Unschuldigen Nachrichten A. 1702. pag. 744. seq.

malitiamue ipsis actionibus humanis insundere; et nominatim KVLPIVIVM coactum fuisse fateri, impossibilitatem mutationis quoad legem naturae aestimari debere ex obiecto. Sed haec sufficiant de Logomachiis Controuersiarum, quae Pufendor-
fiano dogmati de bonitate uel malitia actionum humanarum ex lege diuina naturali demum deducenda motae fuerunt. Plures potuissent indicari Logomachiae, si agere uoluissent de duplici lege naturali, altera in Deo, quae aeterna etiam dicitur, altera in homine, quam cum Scholasticis plerisque aduersarii Pufendorfianarum doctrinarum plerique statuerunt, cum Pufendorfiani posteriorem tantum cognitionem hominis de lege Dei naturali aeterna dicant; de Iustitia et Sanctitate Dei; de phrasi illa, Deum sibimetipsi esse legem; de indifferetia actionum humanarum ante legem, quam Pufendorfius alio sensu affirmat, quam aduersarii ipsius negant; de differetia entium physicorum et moralium; de impositione; Verum, cum praecipuas euoluerim Logomachias, de reliquis ex studio breuitatis nihil ulterius nunc addam.

§. X.

Ad recentiores nunc progrediar controuersias inter **B. BVDDEVM**, Virum maximis in rem litterariam et sacram meritis conspicuum, et **CHRISTIANVM VVOLFIVM**, Philosophum atque Mathematicum in orbe litterario celeberrimum de eodem argumento ortas. Nihil iam dicam de Anonymo, qui Buddei Moderamen inculpatae tutelae ad examen reuocauit, et p. 21. Pufendorfianam doctrinam a Buddeo in Philosophia Pract. propositam impugnare uoluit, allegatis Calouio et Cocceio, cum tamen Theologis istis de Sententia Vasquiana et Szydliouiana sermo unice fit. Nihil etiam dicam de scripto, quod priori Anonymus opposuerat **S. R. D. SYRBIVS 2)** sub tit. *Ausführliche Abfertigung*, cuius p. 89. seqq.

e) recte Buddeo in *Aufrichtiger Nachricht auf H. Loescheri unrichtige Nachricht.* p. 8.

feqq. proluxe de hac controuersia agitur. Neque etiam re-
 petam, quae B. BVDDVS in scripto not. z) citato p. 40.
 monuit, de suo cum S. R. D. LOESCHERO consensu, qui
 dissentire sibi uidebatur. Unice uero agam de Scriptis Eri-
 sticis Buddei et Wolfii occasione Iudicii Buddeani de Philo-
 sophia Wolfiana editis, quantum ad praesentem pertinet Con-
 trouersiam, cumque Wolfius heic pro more suo LEIBNITIVM
 Illustrem Polyhystorem sequatur, de huius sententia quaedam
 uidentur esse praemittenda. Nimirum Vir iste Summus in
 Epistola de erroribus operis Pufendorfiani de Officio Homi-
 nis et Ciuis, quae legitur in Neuen Bücher - Saal Tom. I.
 p. 837. sqq. a) iudicat p. 845. *Offensione atque errore non
 carere Pufendorfi doctrinam, ius decreto superioris nasci, si-
 quidem Grotius bene notauit, fore aliquam naturalem obliga-
 tionem, etsi daretur, quod dari non potest, Deum nullum esse,
 aut licet diuina existentia seponatur tantisper, quoniam certe
 multa ab hominibus erga alios exigit propriae conseruationis
 commoditatisque cura; et quanquam imperfectum sit ualde ius
 naturae, quod ex hoc solo fluat; sciendum tamen est, Deum
 ipsum laudari, quod iustus est, adeoque esse quandam, immo
 potius esse summam ipsius Dei iustitiam, etsi superiore careat,
 et sponte naturae excellentis omnia bene agat, ut nemo de eo
 cum ratione queri possit. Negat deinde, ipsam normam actio-
 num aut naturam iusti, a libero eius decreto pendere, cum ab
 aeternis ueritatibus diuino intellectui obiectis pendeat; addit,
 iustitiam essentiale Dei attributum non fore, si ipse ius et iu-
 stitiam arbitrio suo condidit; iustitiam seruare quasdam aequa-
 litatis proportionalitatisque leges, non minus in natura rerum
 immu-*

a) antea BÖHMERS in Programmate Helmstad. eam publici juris fecerat
 postea BARBETRAC uersioni suae Gallicae libelli Pufend, de
 O. H. C. eandem cum notis Apologeticis subiecit,

*immuabili diuinūque fundatas ideis, quam sunt principia Arithmeticae et Geometriae. Sequeretur, ut existimat Leibniti-
 us, quod quidam imprudenter dixere, Deum iure damnare
 posse innocentem, quando hoc ipsum ius facere poterat. Tandem
 p. 847. urget Deum non solum timendum esse ob magnitudinem,
 sed etiam amandum ob bonitatem; cum qui amore Dei aut pra-
 ximi benefacit, in ipso recte facto inuenire uoluptatem, neque
 alio stimulo indigere, aut iussu superioris opus habere, ac de talē
 dictam esse, legem iusto positam non esse: usque adeo abhorrere
 a ratione, solam legem aut coactionem iustum facere; tametsi
 fatendum sit, eos, quorum animus eo perfectionis non deuenit,
 non nisi spe metuque obligari, et in diuinā maxime uindictae
 expectatione, quam nec morte effugere detur, necessitatem ple-
 nam et in omnes ualituram, seruandi iuris et aequi posse in-
 ueniri. Eadem, quae hic, Pufendorfio etiam obiciuntur in
 Obseruationibus ad Dissertationem Ao. 1699. editam de
 Principio Iuris Naturalis unico et adaequato, quae leguntur
 in Monatlichen Auszügen, Hanoverae editis Ao. 1700. p.
 371. sqq. unde colligo eundem illustrem Leibnitium aucto-
 rem esse harum Obseruationum. Clarius atque distinctius
 easdem theses ordine Systematico proposuit Celeberrimus
 WOLFIVS in den vernünftigen Gedancken von der Mea-
 schen Thun und Lassen Cap. I. §§. prioribus 43.*

§. XI.

Quod attinet ad Scripta Eristica inter B. BVDDEVM et
 Excell. WOLFIVM hac de re agitata, illi in iudicio de Phi-
 losophia Wolfiana n. III. maxime displicuit, cum Grotio sta-
 tuti in ipsa Ius Naturae sine Deo: cui Thesi haec inprimis op-
 ponit: sine legislatore non esse leges proprie dictas, sine his
 non esse proprie sic dictum honestum et turpe: leges impro-
 proprie dictas non esse leges, adeoque Wolfium tollere omnes
 leges naturales: thesi hae omnem moralitatem et religionem
 euerſi. Primo hic obseruandum est, Legis uocabulum ali-
 um habere sensum apud Buddeum, cui in sensu strictiori est

D

decre-

decretum imperantis obligans subditos ad agenda quaedam, quaedam uero omittenda, b) alium apud Wolfium, cui in sensu latiori lex est regula secundum quam obligati sumus instituere actiones nostras liberas §. 16. Moral. obligare autem est per §. 8. motiuum quodcumque ad uolitionem uel nolitionem impellens, e. g. a perfectione, imperfectione, bono, malo naturali petium cum actione uel omissione coniungere. Ergo Buddeus non potest non negare Ius Naturae sine Deo, Wolfius non potest non id affirmare, ut dissensus unice uersetur circa uocabulum legis. Idem obseruauit Excellentissimus BVLFFINGERVS in Dilucidationibus Philosophicis §. 506. his uerbis: *Existimo itaque, posse naturalibus illis, quae a rerum consecutione pendent, motiuis fieri animos, etiam eorum, qui originem naturae et nexus non intelligunt, adeoque auctorem eius Deum non agnoscunt. Num id Legem Naturae uel dicere? an Legis uocabulum seruare illi casui, quo motiua actionum considerantur, ut a Superiori posita? id per me indifferens esto. Pendebit autem ab eo, prout Legem definiueris. Dic, mea pace, consilium naturae; dic legem; dic suaderi solum eo casu actiones; dic obligari hominem eiusmodi ad illas naturaliter; dic, reluctantem agere solum imprudenter; dic agere turpiter; dic inobedientes contrahere solum reatum ad damnum consequens; non reatum culpae et poenae formali sensu sumtae; dic, dari poenas etiam naturales proprie dictas, et attento generali conuenientiae rerum ordine reatum culpae etiam hoc casu inuolui. Nihil ego dictis repugnauero Tuis, si cum enunciatione consenserit definitio Tua, eademque sit deducendis posthac corollaris utilibus accommodata.* Secundo de honestate et turpitudine sine lege repetenda sunt, quae §. IV. et VI. de ambiguitate uocum proponebantur. Tertio ad ea, quae de moralitate sublata dixit Ven. Buddeus, liceat ambiguitatem uocis Moralitatis ipsis eiusdem uerbis euoluere in Theol. Dogm. l. c. p. m. 754. reperiundis. *Haud perfunctorie obseruandum, uoce moralitatis duo*

b) v, Theol. Dogmat, Lib. III, Cap. II. §. 3.

duo posse indicari : primo quidem convenientiam quandam cum natura humana, cum et necessitatem moralem, quae unice ex lege provenit. Actus illos, qui boni uocantur, naturae hominis convenientes esse, malos autem, seu turpes, minime convenientes, lubens concessero. Qua quidem ratione si quis actibus ipsis moralitatem quandam tribuere uelit, me neutiquam sibi repugnantem habebit. Sed hac ratione lis omnis in meram abibit logomachiam. Vnicum addo, ipsa etiam uocabula necessitatis moralis et obligationis esse ambigua, quod partim ex §. IV. partim ex uerbis Bülfingeri modo excitatis luculenter elucescit. Quarto maximum pondus uidetur inesse huic obiectioni, per ius naturae sine Deo tolli religionem; impossibile enim est, ut sine Deo officia sint erga Deum. Verum de Grotio supra §. I. obseruauit, ex mente ipsius aliquem tantum locum habitura praecepta legis naturalis; et sermonem ipsi tantum esse de officiis externis erga alios homines, h. e. de iure naturali stricte sic dicto : Leibnitijs contra Pufendorfium disputans in eodem sensu, quo hic utitur, strictiori jus naturae intelligit, et uerbis §. antec. citatis fatetur Jus naturae sine Deo ualde fore perfectum, et multa, non omnia, officia exigere propriae conseruationis commoditatisque cura. Bülfingerus l. c. §. 508. distinguit officia, quae non susciperemus: nisi de Deo persuasi essemus, quae sane tollit atheismos. Ita etiam Wolfium interpretari oportet, quamuis restrictio haec in Scriptis ipsius forte non reperiatur : Requirit hoc signum III. Logomachiarum a Werenfelsio in Diss. de Logomach. p. 197. edito. propositum : *Si; quamprimum uir sapiens in Disputatione sententiam manifeste absurdam et ridiculam propugnare uideatur, tu protinus coniectes, Logomachiam disputationi subesse, non uana plerumque erit coniectura.* Wolfius in notis Apologeticis Buddeo, quem hoc in dogmate cum Pufendorffio et Thomasio sentire recte iudicat, obiicit, ipsi iustitiam esse arbitrariam, ex mente ipsius Deum lege naturali, sine ratione quaedam praecepisse, quaedam prohibuisse; doctrinam Buddei

nouam esse et contrariam communi Theologorum nostrorum
 sententiae de actionibus per se honestis et per se turpibus, e. g.
 Musaei, Gerhardi, Bechmanni, Calouii, Scherzeri, Alberti;
 hanc doctrinam receptam esse thesin antiatheisticam; ex ea-
 dem necessario sequi, Jus Naturae locum habiturum esse,
 etiam si quis Deum negaret, quamuis p. 35. expresse conce-
 dat Logomachiam futuram esse, si Buddeus tum demum
 actiones per se honestas dicturus esset morales, si lex di-
 uina accesserit. Ad accusationes has paucissimis anno-
 to, profectas easdem esse ex male intellecto dogmate de
 dependentia moralitatis a uoluntate diuina, quam liberam
 in sensu latiori et respectu creationis liberae Pufendorfius
 dixerat, ita tamen, ut posita creatione necessitatem hy-
 potheticam legum naturalium agnouerit. Thomasio autem
 et Buddeo falsum hic affingi sensum, patet ex ipsius defini-
 tione Legis naturalis, quae in Iurisprud. diuina Lib. I. Cap.
 II. §. 97. huius est tenoris: *Lex naturalis est lex diuina cor-
 dibus omnium hominum inscripta, obligans eosdem, ut ea, quae
 necessario conueniunt naturae hominis rationali, faciant,
 ea uero, quae eidem repugnant, omittant, et ex huius Iuris-
 prud. Nat. Cap. IV. Sect. I. §. 8. ubi obiectum legis naturalis
 dicuntur actiones hominum haecenus quidem indifferentes, sed
 ita tamen comparatae, ut necessario a Deo debuerint prae-
 cepti aut uetari, quia ceteroquin homo nec conseruari, nec
 homo, id est, animal rationale esse possit.* Ergo nec noua est
 haec doctrina, nec quoad rem contraria Theologis nostrati-
 bus, qui ut Vasquio, Szydloiuo aliisque obuiam irent, neces-
 sitatem a Pufendorffio, Thomasio, Buddeo, expressis uerbis
 adstruetam negantibus, hac phrasi utendum existimarunt,
 actiones esse per se honestas antecedenter ad legem diuinam,
 non tamen antecedenter ad omnem Voluntatem diuinam
 eiusque decretum de creando homine, multo minus in eo
 casu impossibili si non esset Deus. Eadem ratione, qua nunc
 Buddeum cum Wolfio conciliaui, Summe Reuer. D. LANIUM
 cum

cum eodem, conciliari posse, constat ex Magnifici et Summe Reu. D. D. FEVERLINI, Praeceptoris pie colendi, Observation. Eccl. ex Controversiis de Metaphys. Leibnitio-Wolfiana Specim. V. §. 13. Specim. VI. §. 10.

§. XII.

Antequam manum de tabula retraherem, proposueram mihi, breuem aliquam Historiam Philosophicam ex Veteri et medio aevo delineare de hoc dogmate: Actiones per se honestas aut turpes esse sine lege, eiusque Anti-Thesi. Sed, ut uerum fatear, paucissima, multo quamuis adhibito studio, deprehendere potui. Quod attinet ad Veteres Philosophos, forte ARCHELAUS, Praeceptor Socratis, qui teste Laërtio Lib. II. Segm. 16. statuit, τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὸ ἀίχρῶν οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ, Pufendorfiatio praelusit dogmati, quamuis nihil certi hac de re statui possit. c) Forte ARISTIPPVS, discipulus Socratis, cuius sectatores teste eodem Laërtio Segm. 93. pariter statuerunt, natura nihil esse honestum uel turpe, sed lege et consuetudine, de lege diuina, uti Socrates d) id intellexit. PLATONIS uerba, quibus actionem ullam ἀφ' ἑαυτῆς καθ' αὐτὸ per se honestam uel turpem esse negauit, ex Symposio repetiit Pufend. Op. Maj. Lib. I. Cap. II. §. 6. Locum ARISTOTELIS pro sententia Grotiana ipse excitauit Pufendorfius l. c. alium addidit VELTHEMIVS Diff. II. Anti-Pufendorfiata §. 22. quamuis uterque locus non satis accurate huc quadret. Grotius de J. B. et P. Lib. I. Cap. I. §. 15. refert, dixisse ANAXARCHVM apud Plutarchum in Alexandro: non ideo id Deum uelle, quia iustum est, sed iustum esse i. e. iure debitum, quia Deus uoluit. Quod attinet ad medium aeuum, putabam Scholasticos, quoscumque euoluere, uel pro dogmate de actionibus per se honestis, uel contra id disputaturos esse, eo quod apud Pufendorfiatos sae-

D 3

pius

c) uid. BRUCKERI Viri clariss. Histor. Philos. Germanico idiomate scripta P. I. p. 420.

d) uid. celeberrimi nostri FEVERLINI Diff. de Jure Naturae Socratis, p. 74

pius legeram, dogma Grotianum esse Veterum Scholasticorum. Verum fecellit me spes mea. In THOMA enim, in SCOTO, in BONAVENTURA aliisque sedulo euolutis, nec uola nec uestigium huius dogmatis occurrebat, sed contrarium h. e. deductio bonitatis et malitiae actionum humanarum a conuenientia uel disconuenientia cum lege diuina. Obseruauit deinde Velthemium in Diff. I. Anti-Pufendorf §. 32. promississe, se in Diff. II. consensum Gentium, Legumlatorum, Iurorum, Theologorum, Philosophorum, cum ueterum, tum recentiorum, ut argumentum pro sua sententia non ignobile, esse demonstraturum, cui promissioni cum in Diff. II. non steterit, non potuisse conuicio. Zentgrauius etiam, qui in lectione Veterum Scholasticorum, cum Pufendorfius ideo reprehendisse ipsum uideretur, uersatissimum se fassus est, in Originibus Iuris Naturalis non nisi Ludou. Molinam, Gregorium de Valencia, Gabrielem Vasquez, Iesuitas, Sec. XVII. demum mortuos, paucosque his coaeuos sibi consentientes allegat, et p. 283. fatetur; doctos tam et Patrum choro, quam ex Scholae doctorum ordine uiros, de bono et malo morali in *quibus* ad legem loqui, quos sibi uero non aduersari credit. Denuo igitur suspicor non potuisse Zentgrauium reperire Scholasticos Veteres secum facientes. Equidem obseruauit Zentgrauium p. 279. THOMAM allegare ex cuius I. secundae qu. 71. art. 6. Grotius suum Ius Naturae hauferit: uerum Thomas l. c. ne uerbulum equidem habet de hac sententia, multo potius art. VI. integer defendit definitionem peccati Augustinianam esse *dictum uel factum uel concupitum contra legem aeternam*, quam etiam profert illi, esse *contra rationem*. Ita etiam Pufendorfianae, doctrinae fauent Petrus de ALLIACO, et DURANDVS, qui Doctor resolutissimus appellatur: Ille enim: *Nullum, inquit, est ex se peccatum, sed quia lege prohibitum. Praeuaricatio est legis transgressio. Quia secundum Apostolum Rom IV. ubi non est lex, ibi nec praeuaricatio.* Hic uero contendit, *actus etiam illos, qui sunt iure et lege naturali damnati, non esse per se malos, sed quia lege diuina netiti sunt, adeoque si Deus legem tollat, non esse peccata.* e) WILH. OCCAMVM omnem moralitatem a lege

a) Vtrumque locum debeo QVNSTEDTIO in Syst. Theol. I. de Peccato p. 91.

lege deriuare indicatur in Bescheidenen Beweis, daß das Bud-
 derische Bedencken noch fest stehe p. 51. Sed fuerunt etiam
 inter Scholasticos ueteres, qui statuerunt, a Pufendoriano
 aeque ac Grotiano dogmate alienissima. Petro de Alliaco re-
 ferente, *multi Scholastici tenent, quod Deus possit praecipere odium
 sui, et inter alios hic fuit articulus Parisiensis, quod aliquis possit
 odiendo Deum: Ipse hic Petrus statuit: Non esse euidenter im-
 possibile Deum uelle creaturam teneri ad odium sui.* f) In quibus dis-
 sidiis, quin multae interuenerint Logomachiae, nullum mihi
 est dubium. Recentiori aetate, hoc est Seculis his duobus
 posterioribus ante Pufendorium Philosophos parum claros
 et distinctos de rebus moralibus habuisse conceptus, ob prae-
 iudiciū autoritatis Aristotelicae, res est notissima: Excipi-
 endus tamen est PH. MELANCHTHON communis Germaniae Prae-
 ceptor, qui in libello aureo Ethicae doctrinae Elementis
 multa proposuit egregia. Hic uero: quamuis l. c. p. 58. ter-
 mino per se utatur, scribendo, *non omnes affectus suo genere, seu
 per se uitiosos esse,* g) mox tamen *Bonos affectus suo genere definit,
 qui congruunt cum lege Dei, seu cum recto iudicio rationis,* e contra
*uitiosos suo genere affectus, qui lege Dei prohibiti sunt, aut damnantur
 iudicio rectae rationis.* Post Pufendorium Philosophi, uel
 sequuntur ipsius *ἡθικός παιδείας*, uel uerbis tantum recedunt,
 quod hac ipsa Dissertatione ostendi. b) De Theologis, uel ob
 harmoniam fidei et rationis, pauca dicemus. Pontificii, cum-
 primis Iesuitae nonnulli, moralitatem obiectiuam, et actiones
 per se honestas ante legem naturalem statuerunt quod supra
 retuli: alii secuti Scholasticos illos, qui asseruerunt Deum
 potuisse contraria legi naturali praecipere, Probabilismum in-
 troduxerunt, et Scepticum fouent Indifferentismum. i) **Quidam tamen docuerunt moralitatem consistere in subie-**
ctione

- f) Quenstedt l. c. conf. Io. Frid. KREBSII *Morum et Juris scientia uni-*
uersalis p. 63. seq.
 g) in locum hunc si incidisset ZENTGRAVIVS, sine dubio potius allegas-
 set, quam alium ex Epistola Melanchthonis, quo citato in Orig. I.
 N. p. 307. nil aliud probauit, quam Philippum Philosophiae morali
 asseruisse certitudinem.
 b) ideoque BAELIUS moralitatem obiectiuam nunc recipit, nunc reiecit,
 quod obseruauit Magnif. Tubing. Cancellarius PFAFFIUS in *Iustis*,
Theolog. Dogm. p. 252.
 i) uid. Zentgrau, l. c. p. 231. et 208.

ctione ad regulas morum, uel in ordine et respectu ad legem, non tamen exclusâ omni moralitate obiectiua. k) Sociniani atque Socinianizantes nonnulli repetierunt Scholasticorum quorundam Indifferentismum Scepticum; quibus Reformati Theologi GISB. VOETIUS aliique l) opposuerant actiones per se honestas: Nostrates Theologi primum contenti definitione Peccati Iohannea esse *α'ρρωσία*, in Libris Symbolicis, pluribus in locis, bonum et malum unice ex conuenientia uel disconuenientia cum lege diuina diiudicarunt; postea contra Socinianas et Sceptico-Indifferentisticas hypotheses coniunxerunt actiones per se honestas, e. g. ALB. GRAYNERVS citatus ab Hochstettero, CALOVIUS QVENSTEDTIUS. Pufendorfio primum contradixerunt nonnulli Ecclesiae nostrae Theologi, eo quod putarunt sentire ipsum cum Vasquio aliisque Indifferentistis Scepticis: rectius autem inspectis dogmatibus Pufendorfianis, non amplius dubitarunt Viri *ὀρθοδοξώτατοι* de orthodoxia eorundem. De IAEGERO supra iam dictum est: Addimus nunc B. FOERTSCHIVM, qui in Nucleo Controuersiarum nobilior, P. I. Diss. VI. §. 14. partes in hoc argumento conciliari posse affirmat, *dum modo obiectiua moralitas non plane negetur, sed explicetur, ut fundamentalis et causalis; Legalis uero, ut formalis et cognoscitiua*: Ipsam hanc conciliationem approbat B. WERNSDORFIUS in Diss. de Absolutismo morali eoque Theologico, quam sub Praesidio eius An. 1715. disputauit Autor FIRNHABERVS, Wertheimensium hodie Superintendentens optime meritus. §. XVIII.

S. D. G.

k) e. g. PHIL. a S. S. TRINITATE citatus a Zentgrauiο p. 240. 266. et saepius.

l) Io. COCQVII Vindiciae pro lege et Imperio p. 17. seq.

CONTENTA DISSERTATIONIS.

- §. I. Grotii sententiam exponit. §. II. Pufendorfianam. §. III. apparentem pugnam Grotii et Pufendorffii sistit. §. IV. eosdem conciliat. §. V. Ios. Schruuarzii et aliorum dissentium a Pufendorfio considerat. §. VI. Velibemium non nisi uerbis dissentire ostendit. §. VII. de Zentgrauiο. §. VIII. de laegero. §. IX. de Hochstettero idem probat, aliasque Logomachias incidentes commemorat. §. X. Leibnitii sententiam exhibet. §. XI. Buddei et Wolfii lites componit. §. XII. Historiam aliquam dogmatis et Controuersiarum de actionibus per se honestis proponit.

